quam si unicè id cogitat, ut ultimū aliquando Actum bene claudat. quod
si minus fiat, frustra oīa sunt, quæcunq laudabiliter, per reliquos
vitæ Actus sunt gesta: frustra est, etiamsi benè se habeat Prologus:
Frustra etiamsi benè fiat Narrãō: Epilogus Epilogus modo bonus sit. oīa
tunc bona erunt, vel ꝓ versum pedibus ꝗ tritum:

Oīa tunc bona sunt, clausula quando bona ē.

Quid n.? certè ut Mimus Prologo constat Narratione et Epilogo; sic Vi-
ta humana. Prologus ē nasci. Narrãō Tolerare Epilogus mori: Lumina
Mimi hujus sunt Gemitus & Fletus, aut Gaudium fletu Tetrius, sic oīo lubet
verbis heic decumanis decumanæ Eloquentiæ promi condi Drexelij ludere,
dum ē vadis Grammaticis emergens et scopulos æquivocos subvertens,
ad reliqua comparationis meæ argumenta transeo. Quodsi v. paulo erutius
comparãōi vitæ nostræ cum Mimo l. fabula insistere velim, tria in hoc
humanæ vitæ proscenio mihi eminus occurrere video, ad proportionem haud
inconcinnam facientia. Ecce n. qmadmod. Mimus excipit mimum, naturæ
ex Comœdia novum fabulæ genus, ut in continuo motu sit, inqz finem suū
cogatur: sic agit vita humana. In continuo motu ē et transitu, ut potius
mors videatur censenda, quam vita. Percurramus modo universam hois
vitam, et deprehendemus sanè quatuor gradus processusqz, quorū alter
excipit alterum, mortisqz tandem tradit. Adest Dramatis humani Prota-
sis: adest Epitasis, adest Catastasis: adest et Catastrophe. Protasis est
infantia, quippe in qua parentes statim ubi non cum risu, ut Zoroastes
Bactrianorū Rex natus fertur, sed cum fletu et lachrymis nascitur, infan-
tis educandi proponunt et suscipiunt consilia. Epitasis est adolescentia
in qua, quum tanto durior sit, quanto ad malum pronior, multisqz impli-
cetarreq, consiliorum fit progressus turbisqz paulatim vita humana in-
volvitur. Catastasis virilis ē ætas, quippe in qua totius vitæ status ac
dubius eventus, ne dicam, planè desperatus rerū exitus, hæret. Catastropham
deniqz senectus expedit, dum non incommode istum Poëta canit.

Optima quævis dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit, subeuntqz morbi, tristisqz senectus
Et labor et duræ rapit inclementia mortis.

Inopinato utiqz eventu Drama hoc vitæ concludit senectus, utut alij in
primo statim, alij in secundo, alij in tertio deficiunt gradu. Suffragatur
mihi heic, album suum adjiciens calculum, Seneca, Optimus ille animorum
Medicus: quotidie, inquit, morimur: quotidie n. demitur aliqua pars
vitæ. Et tunc quoqz cum crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde
pueritiam, deinde adolescentiam, usqz ad hesternum, quicqd transijt temporis
perijt. quemadmodum Clepsydram non extremū stillicidium exhaurit sed
quod ante defluxit: sic ultima hora, qua esse desinimus, non sola mortem
facit, sed sola consummat. Tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus. Audia-
mus et Plinium, sic n. ille: Me recordantem fragilitatis humanæ miserãō
subit: quid n. tam circumcisum, tam breve, quam hominis vita longissima.
En vobis ô hoies vitæ vestræ fabulam, tam angustis oīno terminis hu-
manæ multitudinis vivacitas concluditur, ut nec ipse Rex potentissimus Xerxes
illacrumare erubesceret, quum immensum suū exercitum oculis objiceret, ꝗ
tot millibus tam brevis immineret occasus. Dividit nobiscum hanc ipsam horas
mors et æternitati tradit. Quid ergo? Non fabula tantum hoium vita, sed
et umbra, tela aranea est: Volatus Muscæ est: Unum temporis momentum.
Facit huc et illud, quod excellentissimus Poëta Pindarus in hoium descriptione tot, quē
canit: ἐπάμεροι, τί δέ τις, τί δ᾽ οὔτις
σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι.